

Pax erit hæc nobis , donec mihi vita manebit;
Cum pecore infirmo quæ solet esse Lupis.
Post modo si perges , in te mihi liber Iambus
Tincta Lycambeo sanguine tela dabit.

Vera Sapientia est , de rebus incorruptè judicare , ut talem unam-
quaque existimemus , qualis ipsa est , NE VILIA SECTE-
MUR , tanquam pretiosa : aut pretiosa tanquam vilia reijciamus ,
ne vituperemus laudanda , NE VE LAUDEMUS VITUPERANDA .
Quocirca pernicioſe sunt Vulgi opiniones quæ stultissimè de rebus ju-
dicant . Magnusque erroris Magister Populus . Ludov . Vives . In-
troduc̄t. ad Sapientiam , initio .

Quod si nullo idoneo , & necessario arguento , sed STULTIS
TURBULENTISQUE CLAMORIBUS alienas refellere sententias per-
gunt , atque adeo damnare , quæ verè dicta sunt , tum nos in quiete
& silentio taciti illorum stultitiam amentiamque ridebimus . Cano , de
Locis Theol . lib . 8 . cap . 5 .

His certè Salibus , qui sunt etiam animorum SALES , dum con-
tumelia vacant , ac cum festiva lenitate mordent , mediocres animi
ægritudines in amicis sanare solemus :: Per SALEM enim , non mo-
dò sapientiæ , sed VERÆ quoque RELIGIONIS typus exprimitur .
Bern . Gomez , Miedes . Epist . ad Philipp . II . & ad Lector . init .
comm . de Sale ,